



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio III. De ideis. Et habet ar. 8.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

est verum, sed nihil scitur nisi verum. ergo malum non potest sciri a Deo.

Com. 23.

¶ 3 Præ. Commen. dicit in tertio de Anima, quod intellectus qui est semper in actu, non cognoscit privationem omnino: sed intellectus Dei maxime semper est in actu. non ergo privationem cognoscit, sed malum est privatio boni, ut Augustinus dicit, ergo Deus non cognoscit malum.

Inchir. c. 11. tom. 3.

¶ 4 Præ. Quicquid cognoscitur, cognoscitur vel per simile vel per contrarium: sed essentia Dei, per quam Deus omnia cognoscit malum, non est simile, neque est ei contrarium, quia ei nocere non potest, malum autem dicitur, quia nocet. ergo Deus non cognoscit malum.

In prin. to. 1.

¶ 5 Præ. Illud quod non est addiscibile, non est scibile: sed sicut dicit Aug. in libro de Libero arbitrio, malum non est addiscibile: per disciplinam enim non nisi bona addiscuntur. ergo malum non est scibile, ergo non est cognitum a Deo.

¶ 6 Præ. Qui scit grammaticam, grammaticus est. ergo qui scit malum, malus est. sed Deus non est malus, ergo nec scit mala.

SED CONTRA, Nullus potest vicisci quæ ignorat: Deus est vitior malorum, ergo cognoscit mala. ¶ 2 Præ. Nullum bonum deest Deo: sed scientia malorum bona est, quia per eam mala vitantur. ergo Deus habet scientiam de malis.

Com. 10. in fi. tom. 3.

RESPON. Dicendum, quod secundum Philosophum in tertio Metaphysicorum, quicunque non intelligit aliquod unum, nihil intelligit: per hoc autem est aliquid unum, quod est in se indivisum & ab alijs distinctum: unde quicunque cognoscit aliquid, oportet quod sciat distinctionem eius ab alijs. Prima autem distinctionis ratio est in affirmatione & negatione: & ideo oportet, quod quicunque scit affirmationem, quod cognoscat negationem: & quia privatio nihil aliud est, quam negatio subiectum habens: ut dicitur in quarto Metaphysicorum, & alterum contrarium semper est privatio, ut in eodem dicitur, & in primo Physicorum; inde est, quod ex hoc ipso quod cognoscitur aliquid, cognoscitur eius privatio & eius contrarium. unde, cum Deus habeat propriam cognitionem de omnibus suis effectibus, unumquodque sicut est in sua natura distinctum, cognoscens, oportet quod omnes negationes & privationes oppositas cognoscat, & omnes contrarietates in eis repertas: unde cum malum sit privatio boni, oportet quod ex hoc ipso, quod scit quodlibet bonum, & mensuram cuiuslibet, quod cognoscat quodlibet malum.

C6. 4. tom. 3.

C6. 63. & F. ced. tom. 2.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod propositio illa veritatem habet de scientia quæ habetur de re per suam similitudinem: malum autem non cognoscitur a Deo per suam similitudinem: sed per similitudinem sui oppositi, unde non sequitur quod Deus sit causa malorum, quia cognoscit mala: sed sequitur quod sit causa boni, cui opponitur malum.

AD SECUNDUM dicendum, quod non ens ex hoc ipso quod opponitur enti, dicitur quodammodo ens, ut patet in quarto Metaphysicorum. unde & malum ex hoc ipso quod bono opponitur, habet rationem cognoscibilis & boni.

AD TERTIUM dicendum, quod opinio Commentatoris fuit, quod Deus cognoscens essentiam suam non determinate cognosceret singulos effectus, putant in propria natura distincti: sed solummodo cognosceret naturam essendi, quæ in omnibus invenitur, malum autem non opponitur enti universali, sed enti particulari, unde ex hoc sequeretur quod malum non cognosceret.

In prin. to. 1.

In prin. to. 1.

sceret. Sed hæc positio falsa est, ut ex prædictis patet. unde & quod ex ea sequitur, falsum est, scilicet, quod privationem, & mala non cognoscat. secundum intentionem Commentatoris privatio non cognoscitur ab intellectu, nisi per absentiam formæ ab intellectu, quæ non potest esse in intellectu, qui semper est in actu: sed hoc non est necessarium, quia ex hoc ipso, quod cognoscitur res, cognoscitur privatio rei. unde utrumque cognoscitur per præsentiam formæ in intellectu.

AD QUARTUM dicendum, quod oppositio unius ad aliud potest accipi dupliciter. uno modo in generali, sicut dicimus malum opponi bono, & hoc modo malum opponitur Deo. alio modo in speciali, prout dicimus hoc album opponi huic nigro, sic non est oppositio mali, nisi ad aliud bonum, quod potest per malum privari, & cui potest esse nocivum, & sic malum non opponitur Deo. unde Augustinus dicit in libro 12. de Civitate Dei, quod virtus opponitur Deo tamquam malum bono: sed natura, quam vitiat non solum opponitur, ut malum bono, sed ut nocivum.

AD QUINTUM dicendum, quod malum in quantum est scitum est bonum, quia scire malum, bonum est, & sic verum est, quod omne addiscibile est bonum: non autem quod sit secundum se bonum, sed scitum, quod est scitum.

AD SEXTUM dicendum, quod grammatica scitur in habendo grammaticam, non autem malum, & ideo non est simile.

QVÆSTIO III. De Ideis.

In octo articulos divisa.

- ¶ Primo enim queritur, Vtrum sint idæ.
- ¶ Secundo, Vtrum sint plures idæ.
- ¶ Tertio, Vtrum ad speculativam, vel ad actionem cognitionem spectent.
- ¶ Quarto, Vtrum idæ in Deo sint.
- ¶ Quinto, Vtrum materia prima habeat idæ in Deo.
- ¶ Sexto, Vtrum omnium non entium in Deo idæ sit.
- ¶ Septimo, Vtrum accidentium sint idæ in Deo.
- ¶ Octavo, Vtrum singularium idæ sint in Deo.

ARTICVLVS PRIMVS. Vtrum sint idæ.

QVÆSTIO est de Ideis. Et primo queritur, vtrum sit ponere idæ. Et videtur quod non, quia scientia Dei est perfectissima: sed perfectior est cognitio, quæ habetur de re per essentiam eius, quam quæ habetur per eius similitudinem. ergo Deus non cognoscit res per suas similitudines, sed magis per essentiarum: & ita similitudines rerum, quæ dicuntur idæ, non sunt in Deo. Sed dicebatur quod Deus res perfectius cognoscens eas per essentiam suam, quæ est similitudo rerum, quam si cognosceret per earum essentias.

¶ 2 Sed contra, scientia est assimilatio ad scitum, ergo quanto mediū cognoscendi est magis simile, & cognitum rei cognita, tanto perfectius res per id cognoscitur: sed essentia rerū creaturarum magis est unita eis, quæ essentia diuina. ergo perfectius cognosceret res si sciret res per essentias earum, quam ex hoc, quod scit per essentia suam. Sed dicendum, quod perfectio scientiæ non consistit in vniōne mediū cognoscendi ad

di ad rem cognitam, sed magis ad cognoscentem.
 ¶ 3 Sed contra, Species rei, quæ est in intellectu sicut forma, quæ habet esse in eo, est particula, sicut forma autem quæ comparatur ad scitum, habet rationem universalem: quia est similitudo sicut naturam communem, & non secundum conditiones particulares, & tamen cognitio, quæ est per illam speciem, non est singularis, sed universalis. ergo cognitio magis sequitur relationem speciei ad rem scitam, quam ad scientem.

¶ 4 Præter. Propter hoc improbat à Philosopho opinio Platonis, quam habuit de ideis, quia posuit formas rerum naturales existere sine materia: sed multo magis sunt sine materia, si sunt in intellectu divino, quod si essent extra ipsum: quia intellectus divinus est in summo immaterialitatis. ergo multo magis inconueniens est ponere ideas in intellectu divino.

¶ 5 Præter. Philosophus improbat opinionem Platonis de ideis per hoc, quod idea posita à Platone non potest generare, nec generari, & ita sunt inutiles: sed idea si ponatur in mente diuina non generatur, quia omne generatum est compositum: similiter nec generatur, quia cum generata sint composita, & generantia sint similia generatis, etiam oportet generantia esse composita. ergo inconueniens est ponere ideas in mente diuina.

¶ 6 Itē Dionysius dicit in 7. cap. de Diuinis nominibus, quod Deus noscitur existētia ex non existentibus, & non cognoscitur res secundum ideam: sed idea non ponitur ad aliud in Deo, nisi ut per eas cognoscatur res. ergo idea non sunt in mente diuina.

¶ 7 Præter. Omne exemplatum est proportionatum suo exemplari: sed nulla est proportio creaturæ ad Deum, sicut nec finiti ad infinitum. ergo in Deo non potest esse exemplar creaturarum. ergo cum idea sint forme exemplares, ut quæ idea rerum non sunt in Deo.

¶ 8 Præter. Idea est respectu cognoscendi, & operandi: sed illud quod non potest deficere in cognoscendo, vel operando: ad neutrum regula indiget. Deus est huiusmodi. ergo &c.

¶ 9 Præter. Sicut vnum in quantitate facit aequalitatem, ita vnum in qualitate facit similitudinem, ut dicitur in quinto Metaphysicorum: sed propter diuersitatem, quæ est inter Deum, & creaturam, creatura nullo modo Deo potest esse æqualis, vel econtuerso, nec in Deo est aliqua similitudo ad creaturam. cum ergo idea nominet similitudinem rei, videtur quod rerum idea non sunt in Deo.

¶ 10 Præter. Si idea sunt in Deo, hoc non erit, nisi ad producendum creaturas: sed Anselmus dicit in Monol. Satis manifestum est in verbo per quod facta sunt omnia similitudines rerum non esse, sed simplicem essentiam. ergo &c.

¶ 11 Præter. Deus eodem modo cognoscit se, & alia: alias sua scientia multiplex, & diuisibilis esset: sed Deus seipsum non cognoscit per ideam. ergo nec alia.
 SED CONTRA. August. dicit in libro de Ciuitate Dei, Qui negat ideas esse, infidelis est, quia negat filium esse. ergo &c.

¶ 2 Præter. Omne agens per intellectum habet rationem sui operis apud se, nisi ignoret quid agit: sed Deus est agens per intellectum, & non ignorans quid agit. ergo apud ipsum sunt rationes rerum quæ idea dicuntur.

¶ 3 Præter. Sicut dicitur in 2. Physico. tres causæ inueniuntur in vna, scilicet efficiens finalis, & formalis: sed Deus est causa efficiens, & finalis rerum. ergo & est causa formalis exemplaris: non enim potest esse forma, quæ sit pars rei. ergo &c.

¶ 4 Præter. Effectus particularis non producit à causa

A vniuersali, nisi causa vniuersalis sit propria vel appropriata: sed omnes particulares effectus sunt a Deo, qui est causa vniuersalis omnium. ergo oportet quod sint ab eo secundum quod est causa propria vniuersalium; vel appropriata: sed hoc non potest esse, nisi per rationes rerum proprias in ipso existentes. ergo oportet in eo rationes rerum, id est ideas existere.

¶ 5 Præter. Aug. dicit in lib. de Ordine. Piget me dixisse duos esse mundos, sensibilem & intelligibilem, non quin hoc verum sit, sed quia hoc dixi tanquam ex me, cum tamen a Philosophis dictum sit, & quia modus iste loquendi non est consuetus in sacra scriptura: sed mundus intelligibilis nihil aliud est quam idea mundi, ergo verum est ponere ideas.

¶ 6 Præter. Boetius dicit in 3. de Consolatione loquens ad Deum. Tu cuncta superno ducis ab exemplo, Mundum mente gerens pulchrum pulcherrimus ipse. ergo & mundi & omnium quæ in mundo sunt exemplum est in Deo, & sic idem quod prius.

¶ 7 Præter. Ioā. 1. dicitur. Quod factum est in ipso vita erat: hoc est, quia ut August. dicit, omnes creaturæ sunt in mente diuina, sicut arca in mente artificis: sed arca in mente artificis est per suam similitudinem & ideam. ergo omnium rerum ideae sunt in Deo.

¶ 8 Præter. Speculum non ducit in cognitionem aliquorum, nisi eorum similitudines in eo respiciant: sed verbum increatum est speculum ducens in cognitionem omnium creaturarum: quia eo pater se & omnia alia dicit. ergo in eo sunt similitudines rerum omnium.

¶ 9 Præter. August. dicit in 6. de Trinitate, quod filius est arx patris plena omnium rationum viuentium: sed rationes illæ nihil aliud sunt quam ideae, ergo &c.

¶ 10 Præter. Secundum Augustinum duplex est modus cognoscendi res, scilicet per essentiam, & per similitudinem: sed Deus non cognoscit res per earum essentiam: quia sic cognoscuntur solum illa quæ sunt in cognoscente per sui essentiam. ergo cum scientiam de rebus habeat, ut ex prædictis patet, relinquatur quod sciat res per earum similitudines, & sic idem quod prius.

D RESPON. Dicendum, quod sicut dicit Aug. in lib. 83. Questionū, ideas Latine possumus dicere species vel formas, ut verbum ex verbo transferre videamur: Forma autem alicuius rei potest dici tripliciter: vno modo a qua formatur res, sicut a forma agentis procedit effectus formatio: sed quia non est de necessitate actionis, ut effectus pertingent ad completam rationem formæ agentis cum frequenter deficient, maxime in causis æquocis, ideo forma, a qua formatur aliquid, non dicitur esse idea vel forma. Alio modo dicitur forma alicuius, secundum quam aliquid formatur, sicut anima est forma hominis, & figura statuæ est forma cupri, & quamuis forma, quæ est pars compositi, vere dicatur esse illius forma, non tamen compositi sicut dicitur eius idea, quia ut hoc nomen idea significare formam separatam ab eo, cuius est forma. Tertio modo dicitur forma alicuius illud, ad quod aliquid formatur, & hæc est forma exemplaris, ad cuius similitudinem aliquid constituitur, & in hac significatione consuetum est nomen ideæ accipi, ut idem sit idea quæ forma, quam aliquid imitatur. Sed notandum, quod aliquid potest imitari formam aliquam dupliciter: vno modo ex intentione agentis, sicut pictura ad hoc fit a pictore ut imitetur aliquæ, cuius figura depingitur: aliquando autem est prædicta imitatio per accidens præter intentionem & a casu: sicut frequenter pictores faciunt imaginem alicuius, de quo non intendunt,

E RESPON. Dicendum, quod sicut dicit Aug. in lib. 83. Questionū, ideas Latine possumus dicere species vel formas, ut verbum ex verbo transferre videamur: Forma autem alicuius rei potest dici tripliciter: vno modo a qua formatur res, sicut a forma agentis procedit effectus formatio: sed quia non est de necessitate actionis, ut effectus pertingent ad completam rationem formæ agentis cum frequenter deficient, maxime in causis æquocis, ideo forma, a qua formatur aliquid, non dicitur esse idea vel forma. Alio modo dicitur forma alicuius, secundum quam aliquid formatur, sicut anima est forma hominis, & figura statuæ est forma cupri, & quamuis forma, quæ est pars compositi, vere dicatur esse illius forma, non tamen compositi sicut dicitur eius idea, quia ut hoc nomen idea significare formam separatam ab eo, cuius est forma. Tertio modo dicitur forma alicuius illud, ad quod aliquid formatur, & hæc est forma exemplaris, ad cuius similitudinem aliquid constituitur, & in hac significatione consuetum est nomen ideæ accipi, ut idem sit idea quæ forma, quam aliquid imitatur. Sed notandum, quod aliquid potest imitari formam aliquam dupliciter: vno modo ex intentione agentis, sicut pictura ad hoc fit a pictore ut imitetur aliquæ, cuius figura depingitur: aliquando autem est prædicta imitatio per accidens præter intentionem & a casu: sicut frequenter pictores faciunt imaginem alicuius, de quo non intendunt,

Lib. 1. Met. con. 4. & 3. tom. 7.

Circa me. diu. illis.

Com. 16. tom. 7.

Cap. 3. non proced. a li. 1.

Metro. 9.

Ca. 1. in 10. a med. illius tom. 9.

Ca. 10. tom. 7.

Q. præced.

tendunt, quod autem imitatur aliquam formam a casu, nō dicitur ad illam formari, quia ly. ad. videtur importare ordinem ad finem: unde, cum forma exemplaris vel idea sit, ad quam formatur aliquid, oportet q̄ formam exemplarem vel ideam aliquid imitetur per se, non per accidens. Videmus etiam, q̄ aliquid propter finem dupliciter operatur. Vno modo ita, q̄ ipsum agens determinat sibi finem, sicut est in omnibus agentibus per intellectum: aliquando autem agenti determinatur finis ab alio principali agente, sicut patet in motu sagittæ, quæ mouetur ad finem determinatum: sed hic finis determinatur ei a proiiciente, & similiter operatio naturæ, quæ est ad determinatum finem præsupponit intellectum, præstituentem finem naturæ & ordinatam ad finem illum naturam, ratione cuius oē opus naturæ dī esse opus intelligētis. Si ergo aliquid fiat ad imitationem alterius per agens, quod nō determinat sibi finem, non ex hoc forma imitata habebit rationem exemplaris vel ideæ, nō enim dicimus q̄ forma hominis generantis sit idea vel exemplar hominis generati: sed solum hoc dicimus q̄ agens propter finem determinat sibi finem: siue illa forma sit in agente siue extra agentē, dicimus enim formam artis in artifice esse exemplar artificiatū, & similiter etiam formam, quæ est extra artificem, ad cuius imitationem artifex aliquid facit. Hæc ergo vī esse rō ideæ, q̄ idea sit forma, quam aliquid imitatur ex intentione agētis, qui determinat sibi finē. Secundum hoc ergo patet, q̄ illi qui ponebant oīa casu accidere, non poterāt ideam ponere. Sed hæc opinio a Philosophis reprobatur: quia quæ sunt a casu non se habent eodem modo, nisi vt in paucioribus: naturæ autem cursum videmus semper eodē modo progredi: aut vt in pluribus. Similiter etiam secundum eos, qui posuerunt q̄ a Deo procedunt omnia per necessitatem naturæ non per arbitrium voluntatis, non possunt poni ideæ, quia ea, quæ ex necessitate nature agunt, non prædeterminant sibi finem. Sed hoc esse non potest, quia omne quod agit propter finem, si non determinat sibi finem, determinatur ei finis ab aliquo superiori: & sic aliqua causa erit eo superior, quod non potest esse, quia oēs loquētes de Deo, intelligunt eum esse causam primam entium. Et ideo Plato refugit Epicureorū opinionem, q̄ ponebant oīa a casu accidere, & Empedo. & aliorū qui ponebant oīa accidere ex necessitate nature, posuit ideam esse. Et hæc est rōnem ponendi ideam, s̄ prædeterminationem operum agendorū, innuit Dionysius s. c. de Diuinis nominibus dicens: Exemplaria dicimus in Deo existentium rationes substantificatas & singulariter præexistentes: quas theologia prædeterminationes vocat, & diuinas & bonas voluntates existentium prædeterminatas & effectiuas: secundum quas super substantialis essentia oīa prædistinguit & produxit. Sed q̄ forma exemplaris vel idea hēt quodāmodo rōnem finis: & ab ea accipit artifex formā qua agit, si sit extra ipsum, non est autem conueniens ponere Deum agere propter finem alium a se, & accipere aliunde, vnde sit sufficiens ad agendū, ideo nō possumus ponere ideam esse extra Deum, sed in mēte diuina tantum.

Ad primum ergo dicendum, q̄ perfectio cognitionis pot̄ attendi vel ex parte cognoscentis, vel ex parte cogniti. quod ergo dicitur, q̄ perfectior est cognitio quæ est per essentiam, q̄ quæ per similitudinē, intelligendum est ex parte cogniti. Illud enim

quod p̄ seipsum est cognoscibile, est p̄ se magis notū, q̄ illud quod non est cognoscibile ex seipso, sed solum fm, q̄ est in cognoscente per similitudinē, & hoc modo non est inconueniens ponere, q̄ res creatæ sint minus cognoscibiles, quam essentia diuina, quæ per seipsum est cognoscibilis.

Ad secundum dicendum, q̄ ad speciem, quæ est medium cognoscendi, requiruntur duo. repretatio rei cognitæ, quæ cōpetit ei fm̄ propinquitate ad cognoscibile: & esse spirituale, vel immaterialis, quod ei cōpetit, secundum q̄ habet esse in cognoscente vnde per speciem, quæ est in intellectu, melius cognoscitur aliquid q̄ per speciem, quæ est in subiecto: quia est immaterialior, & similiter melius cognoscit aliquid per speciem rei, quæ est in mente diuina, quā per ipsam eius essentia cognoscitur sit: etiā dato q̄ essentia rei possit esse mediū cognoscendi, non obstante materialitate ipsius.

Ad tertium dicendum, q̄ in cognitione est duo cōsiderare. si ipsam naturā cognitionis: & hæc sequitur speciem fm̄ comparationem, quā habet ad intellectum in quo est, & determinationem cognitionis ad cognitum: & hæc sequitur relationē speciei ad rem ipsam. vnde quanto est similior species rei cognitæ per modū representationis, tanto est cognitio determinatior, & quāto magis accedit ad immaterialitē, quæ est natura cognoscentis inquitum hōmōi, tanto efficacius cognoscet eam.

Ad quartum dicendum, q̄ hoc est contra rōnem formarum naturalium, q̄ ex seipsis immateriales sunt: non autē est inconueniens, q̄ ex alio immaterialitē acquirant, in quo sunt. vnde in intellectu nostro formæ rerum naturalium immateriales sunt. vnde inconueniens est ponere ideam naturalium esse per se subsistentes: non tamen inconueniens ponere eas in mente diuina.

Ad quintum dicendum, q̄ ideæ entium in mente diuina non sunt generatæ, nec sunt generatæ, si fiat vis in verbo: sed sunt creatæ, & vnde dicit Augustinus in lib. 8. Questionum, Cum ipse neque oriatur, neque interiret, secundum eas tamen informari dicitur omne quod oritur, & interire potest, nec oportet agens primum in compositione esse simile generato, oportet autem hoc de agente proximo, & sic ponebat Plato ideam esse generationis principium proximum, & ideo contra ipsum procedit ratio prædicta.

Ad sextum dicendum, q̄ intentio Dionysii est dicere, q̄ ipse nō cognoscit per ideam acceptam a rebus, vel hoc modo, q̄ diuersimode res pot̄ cognoscatur. vnde alia translatio loco huius dicitur, quæ per visionem singularis se immitit, vnde p̄ hoc non concluditur omnino ideam non esse.

Ad septimum dicendum, q̄ quāuis non pot̄ sit esse aliqua proportio creaturæ ad Deum, tamen potest esse proportionalitas, quod in præcedenti questione expositum est.

Ad octauum dicendum, q̄ sicut Deus, quia magis potest non esse, non indiget essentia, quæ sit aliquid quā suum esse, ita quia non potest deficere in cognoscendo, vel operando, non indiget alia regula a seipso, sed propter hoc non potest deficere, quia ipse est iuuilius regula: sicut propter hoc non potest non esse, quia sua essentia est suum esse.

Ad nonum dicendum, q̄ in Deo non est quantitas dimensiuā, vt fm̄ eam equalitas attendi possit, sed est ibi quantitas per modum intentionis, quæ

Inter mediū & finem.

litatis, sicut albedo dicitur magna, quia perfecte attingit ad naturam suam; intentio autem alicuius forme respicit modum habendi formam illam; quamvis autem aliquid Dei deriuat ad creaturam, nullo tamen modo potest concedi, quod creatura habeat aliquid per modum illum quo habet illud Deus; & ideo quis aliquo modo concedamus esse similitudinem inter creaturam, & Deum, nullo tamen modo concedimus ibi esse aequalitatem.

A D X. dicendum, quod intentio Anselmi est dicere, ut patet insipienti verba eius, quod in verbo non sit similitudo sumpta a rebus ipsis; sed omnes rerum forme sunt sumptae a verbo; & ideo dicit, quod verbum non est similitudo rerum; sed res sunt imitationes verbi, unde per hoc non remouetur idea, cum idea sit forma, quam aliquid imitatur.

A D XI. dicendum, quod Deus eodem modo cognoscit se, & alia, si accipitur modus cognitionis ex parte cognoscentis; non autem si accipitur ex parte rei cognitae, quia creatura quae a Deo cognoscitur, non est idem secundum rem cum eo, unde nulla multiplicitas in eius essentia sequitur.

ARTICVLVS II.

Utrum necessarium sit ponere plures ideas.

Secundo quaeritur, utrum sit necessarium ponere plures ideas. Et videtur quod non, quia ea, quae essentialiter dicuntur in Deo, non minus sunt vere in eo, quam illa quae dicuntur in ipso personaliter: sed pluralitas personalium proprietatum inducit pluralitatem personarum, secundum quas Deus dicitur trinus, cum ergo ideas sint essentialia, quia sunt communestribus personis, si sint plures in Deo secundum pluralitatem rerum, sequitur quod non solum sint tres personae in ipso, sed infinitae. Sed dicendum, quod ideo non sunt essentialia, sed sunt ipsa essentia. Sed contra, Bonitas & sapientia, & potentia Dei sunt eius essentia, & dicuntur tamen essentialia attributa, ergo & ideas, quamuis sint ipsa essentia, possunt dici essentialia.

¶ 3 Præ. Quicquid Deo attribuitur, debet ei nobilissimo modo attribui: sed Deus est principium rerum, ergo debet poni in eo omne illud, quod ad nobilitatem principij pertinet in summo: sed unitas est huiusmodi, quia omnis virtus unita plus est infinita quam multiplicata, ut dicitur in libro de Causis. ergo in Deo est summa unitas. ergo non solum est unum, sed ratio, quia magis est unum, quod est unum utroque modo, quam quod altero istorum tantum, & sic non sunt in eo plures rationes sine idea.

¶ 4 Præ. Philosophus dicit in 5. Metaphysicis, quod omnino est unum, non potest separari, neque intellectui, neque tempore, neque loco, neque ratione, & maxime in substantia. Si ergo Deus est maxime unum, quia est maxime ens, non potest separari ratione, & ita idem quod prius.

¶ 5 Præ. Si plures sint ideas, sequitur eas esse inaequales, quia una idea continebit esse tantum: alia autem esse, & viuere, alia vero insuper intelligere, secundum quod res cuius est idea in pluribus assimilatur Deo. Cum ergo inconueniens sit in Deo aliqua inaequalitatem ponere, videtur quod non possunt esse in eo plures ideas.

¶ 6 Præ. In causis materialibus est status ad unam primam materiam, & in efficientibus, & finalibus, ergo & in formalibus est status ad unam formam primam: sed est status ad ideas, quia ut dicit Aug. in lib. 83. Quaestionum

A Ideas sunt principales formae vel rationes rerum. ergo in Deo non est nisi una tantum idea. Sed dicendum, quod quamuis sit una prima, tamen ideas dicuntur plures secundum diuersos respectus ipsius.

¶ 7 Sed contra. Non potest dici, quod ideas multiplicentur secundum respectum ad Deum in quo sunt, quia est vnus, neque secundum respectum ad ideata secundum quod sunt in prima causa, quia in ea sunt unum, ut Dionysius dicit, nec per respectum ad ideata secundum quod in propria natura existunt, quia sic res ideatae sunt temporales, ideas vero sunt aeternae, ergo nullo modo per respectum formae primae possunt ideas dici plures.

¶ 8 Præ. Nulla relatio quae est inter Deum, & creaturam est in Deo, sed in creatura tantum: sed idea vel exemplar importat relationem Dei ad creaturam: ergo ita relatio non est in Deo, sed in creatura, cum ergo idea sit in Deo, per huiusmodi respectus ideas multiplicari non possunt.

¶ 9 Præ. Intellectus, quod pluribus intelligit, est compositus & transitus de vno in aliud: sed haec a diuino intellectu sunt, penult. cum ergo ideas sint rationes rerum, quibus Deus intelligit, ut quod non sunt plures ideas in Deo.

Sed contra. Idem secundum idem non est natum facere nisi idem: sed Deus facit multa diuersa, ergo non secundum eandem rationem, sed secundum plures causas res, sed rationes quibus res produciuntur a Deo, sunt ideas, ergo &c. Itæ Aug. dicit in lib. 83. Quaestionum, Restat ut omnia ratione sint condita, nec eadem ratione homo, quae equus. hoc non est absurdum existimari, singula igitur proprijs sunt creaturae rationibus, ergo sunt plures ideas.

¶ 2 Præ. Aug. dicit in epistola ad Nebridium, quod si inconueniens est dicere, quod eadem sit ratio anguli & quadrati, ita inconueniens est dicere quod eadem sit ratio in Deo hominis & huius hominis, ergo plures rationes ideales sunt in Deo.

¶ 3 Præ. Hebr. 11. Fide credimus aptata esse secula verbo Dei, ut ex inuisibilibus visibilia fierent. Inuisibilia autem pluraliter appellat spiritus ideales, ergo sunt plures.

¶ 4 Præ. Ideas a sanctis significatur nomine artis, & mundi, ut patet ex auctoritatibus inductis: sed ars pluralitatem quamdam importat, est enim collectio praceptorum ad unum finem tendentium, & similiter est mundus, cum importet collectionem omnium creaturarum, ergo oportet ponere plures ideas.

Respon. Dicendum, quod quidam ponentes Deum per intellectum agere, & non ex necessitate naturae, posuerunt eum habere intentionem unam tantum, scilicet creaturae in vniuersali: sed creaturarum distinctio facta est per alias causas: dicunt enim, quod primo Deus condidit unam intelligentiam, quae produxit tria, scilicet animam, orbem, & aliam intelligentiam, & sic procedendo processit pluralitas rerum ab vno primo principio: & secundum hanc opinionem est quidam in Deo idea, sed una tantum totius creaturae toti entis: sed propriae ideo singulorum essent in causis secundum dis, sicut & Dionysius narrat in 5. c. de Diuinis nominibus, quod quidam Clemens Philosophus posuit principaliora entia exemplaria inferiorum esse. Sed hoc stare non potest, quia si intentio alicuius agentis fertur ad aliquid unum tantum, praeter intentionem eius erit, & quasi casuale quicquid sequatur, quia accidit ei quod est principaliter intentum ab eo, sicut si aliquis intenderet facere aliquod triangulum, praeter intentionem eius est, quod esset magnus vel paruum: cuiuslibet autem cõi accidit speciale contentum sub eo: unde, si intentio agentis est ad aliquod contentum tantum, praeter intentionem eius esset, quod qualitercunque determinatur

Ca. 5. de diu. nom. parum auct. mediã.

q. 46. a med. tom. 4.

Epist. 11. quaest. 1. ad Nebridium.

Non procul a fine illius.

Propos. 17. eo. 1. inter opera Arist.

q. 46. a med.

q. 46. a med.

tur per aliquod speciale, sicut si natura intendere generare solum animal, præter intentionem naturam esset quod generatum esset homo vel equus: unde, si intentio Dei operantis respiciat tantum ad creaturam in eodem, tota distinctio creaturæ casualiter accidit. In conveniens est autem dicere, quod sit per accidens per comparationem ad causam primam, & sit per se per comparationem ad causas secundas, quia quod est per se, prius est eo quod est per accidens: prius autem est comparatio alicuius ad causam primam, quam ad causam secundam, ut patet in libro de Causis: unde de impossibile est quod sit per accidens respectu causæ primæ & per se respectu secundæ: potest autem accidere e converso, sicut videmus quod ea, quæ sunt casualiter quo ad nos, sunt Deo præcognita, & ordinata ab ipso. Unde necesse est dicere quod tota distinctio rerum sit prædeterminata ab eo. Et ideo necesse est ponere in Deo singulorum proprias rationes, & ita plures ideas. Modus autem pluralitatis sic accipi potest: forma enim in intellectu potest esse dupliciter. Uno modo ita quod sit principium actus intelligendi, sicut forma, quæ est intelligentis in quantum est intelligens, & hæc est similitudo intellectui in ipso. Alio modo, ita quod sit terminus actus intelligendi: sicut artifex intelligendo excogitat formam domus, & cum illa forma sit excogitata per actum intelligendi, & quasi per actum effectum, non potest esse principium actus intelligendi, ut sit primum quo intelligatur: sed magis se habet, ut intellectum, quo intelligens aliquid operatur, nihilominus tamen forma prædicta est secundum quod intelligitur: quia per formam excogitatum artifex intelligit, quod operandum sit, sicut in intellectu speculativo videmus quod species, qua intellectus informatur, ut intelligat actum, est primum, quo intelligitur: ex hoc autem quod est effectus in actu, per talem formam operari iam potest formando quidditates rerum, & componendo & diuidendo, unde ipsa quidditas formata in intellectu, vel est compositio, & diuisio, est quoddam operatum ipsius: per quod tamen intellectus venit in cognitionem rei exterioris, & sic est quasi secundum, quo intelligitur: si autem intellectus artificis aliquod artificiatum produceret ad similitudinem sui ipsius, tunc quidem ipse intellectus artificis esset idea, non quidem ut est intellectus, sed in quantum intellectum. In his autem, quæ ad imitationem alterius producuntur, quandoque id, quod alterum imitatur, perfecte imitatur ipsum, & tunc intellectus operantis præconcepit formam operati hæc ut ideam ipsam formam rei imitatur, prout est illius rei imitatur: quandoque vero quod est ad imitationem alterius non perfecte imitatur illud, & tunc intellectus operati non accipit formam rei imitatur absolute, ut ideam, vel exemplar rei operandæ: sed cum proportionem determinatam secundum quam exemplatum a principali exemplari deficeret vel imitaretur. Dico ergo, quod Deus per intellectum omnia operans, omnia ad similitudinem essentia suæ producit: unde essentia sua est idea rerum, non quidem ut essentia, sed ut est intellecta, res autem creatæ non perfecte imitantur divinam essentiam: unde essentia non accipitur absolute ab intellectu divino, ut idea rerum, sed cum proportionem creaturæ sciendæ ad ipsam divinam essentiam secundum quod deficit ab ea, vel imitatur eam: diversæ autem res diversimode ipsam imitantur, & unaquæque secundum proprium modum suum, cum unicuique sit proprium, esse distinctum ab altera, & ideo ipsa divina essentia in intellectu diversis proportionibus rerum ad eam, est

idea uniuscuiusque rei, unde cum sint diversæ rerum proportionem, necesse est esse plures ideas, & est quidem una omnium ex parte essentia: sed pluralitas invenitur ex parte diversarum proportionum creaturarum ad ipsam.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod proprietates personales, ideo inducunt distinctionem personarum in divinis, quia adinvicem opponuntur oppositione relationis, unde proprietates non oppositæ non distinguunt personam, ut conspiratio, & paternitas. Ideæ autem, nec alia essentialia attributa non habent adinvicem aliquam oppositionem: & ideo non est simile.

AD SECUNDUM dicendum, quod non est simile de ideis, & essentialibus attributis: attributa enim essentialia non habent aliquid de principali intellectu suo præter essentiam creatoris, unde etiam non plurificantur, quoniam secundum ea Deus ad creaturas comparatur, prout secundum bonitatem dicimus bonos, secundum sapientiam sapientes: sed idea de suo principali intellectu habet aliquid aliud præter essentiam: in quo etiam complectitur formaliter totam ideam, ratione cuius dicitur plures ideas, nihilominus tamen secundum quod ad essentiam pertinet, nihil prohibet essentialia dici.

AD TERTIUM dicendum, quod pluralitas rationis quandoque reducitur ad aliquam diversitatem rei, sicut Socrates, & Socrates sedens differunt ratione, & hoc reducitur ad diversitatem substantiæ, & accidentis: & similiter homo, & aliquis homo ratione differunt, & hæc differentia reducitur ad diversitatem formæ, & materiam, quia genus sumitur a materia, differentia vero specificata a forma: unde talis differentia secundum rationem repugnat maxime unitati, vel simplicitati: quandoque vero differentia secundum rationem non reducitur ad aliquam rei diversitatem, sed ad unitatem rei, quæ est diversimode intelligibilis, & sic ponimus pluralitatem rationum in Deo, unde hoc non repugnat maxime unitati, vel simplicitati.

AD QUARTUM dicendum, quod Philosophus appellat ibi rationem definitionem: in Deo autem non est accipere plures rationes quasi definitiones, quia nulla rationum illarum essentiam divinam comprehendit, & ideo non est ad propositum.

AD QUINTUM dicendum, quod forma quæ est in intellectu, habet respectum duplicem, unum ad rem cuius est, alium ad id in quo est: ex primo autem respectu non dicitur aliqualis, sed alicuius tantum, non enim materialium est forma materialis, nec sensibilem sensibilem, sed secundum alium respectum aliqualis dicitur, quia sequitur modum eius in quo est: unde ex hoc, quod rerum naturalium, quedam alijs perfectius divinam essentiam imitantur, non sequitur, quod ideæ sint inæquales, sed inæqualium.

AD SEXTUM dicendum, quod una prima forma ad quam omnia reducuntur, est ipsa essentia divina, secundum se considerata, ex cuius consideratione divinus intellectus adinvenit, ut ita dicat, diversos modos imitationis ipsius, in quibus pluralitas idearum consistit.

AD SEPTIMUM dicendum, quod ideæ plurificantur secundum diversos respectus ad res in propria natura existentes, nec in oportet, quod si res sunt temporales, quod illi respectus sint temporales, quia actio intellectus etiam humani, se extendit ad aliquid etiam quando illud non est, sicut cum intelligimus præterita, actiorem autem relatio consequitur, ut in 5. Metaphysicorum dicitur, unde & respectus ad res temporales in intellectu divino sunt æterni.

AD OCTAVUM dicendum, quod relatio, quæ est inter Deum & creaturam, non est in Deo secundum rem, est in Deo secundum

dum intellectum suum, prout scilicet intelligit respectum rerum ad essentiam suam, & sic respectus illi sunt in Deo, ut intellecti ab ipso.

AD NOVUM dicendum, quod idea non habet rationem eius quo primo aliquid intelligitur, sed habet rationem intellecti in intellectu existentis, uniformis autem intellectus sequitur unitatem eius, quo primo aliquid intelligitur, sicut unitas actionis sequitur unitatem forma agentis, quæ est principium ipsius: unde quævis respectus intellecti a Deo sunt multi, in quibus pluralitas idearum consistit, quia tamen illos omnes per suam essentiam intelligit, intellectus eius non est multiplex, sed vnus.

ARTICVLVS III.

Primum ad practicam, vel speculativam cognitionem spectent ipsæ idee.

TERTIO Quæritur, utrum idea pertineat ad speculativam cognitionem, vel practicam tantum. Et videtur, quod tantum ad practicam, quia ut dicit Aug. in lib. 83. Quæst. id est sunt formæ rerum principales secundum quas formatur omnia, quod oritur autem interit: sed secundum speculativam cognitionem nihil formatur, ergo speculativa cognitio non habet ideam. Sed dicendum, quod non solum habent ideam respectum ad id, quod oritur, aut interit, sed etiam ad id, quod oritur, aut interire potest, ut ibidem Aug. dicit: & sic idea se habet ad ea, quæ nec sunt, nec erunt, nec fuerunt, tamen esse possunt, de quibus Deus speculativam cognitionem habet.

¶ 2 Sed contra, Practica scientia dicitur secundum quam aliquis scit modum operis, etiam si nunquam operari intendit, & sic dicitur practica esse pars medicina: sed Deus scit modum operandi ea, quæ potest facere, quæ quis facere non proponat, ergo etiam de eis Deus habet practicam cognitionem, & sic utroque modo idea ad practicam cognitionem pertinet.

¶ 3 Prat. Idea nihil est aliud quam exemplaris forma: sed forma exemplaris non potest dici, nisi in practica cognitione, quæ exemplar est ad cuius imitationem fit aliquid, ergo ideae solum practicam cognitionem respiciunt.

¶ 4 Prat. Secundum Philosophum, Practicus intellectus est eorum, quorum principia sunt in nobis: sed ideae in intellectu diuino existentes sunt idearum principia, ergo ad practicam intellectum pertinent.

¶ 5 Prat. Omnes forme intellectus, vel sunt a rebus, vel ad res, quæ aut ad res, sunt practici intellectus: quæ vero a rebus, speculativi: sed nullæ formæ intellectus diuini sunt a rebus, cum nihil a rebus accipiat, ergo sunt ad res, & sic sunt practici intellectus.

¶ 6 Prat. Si est alia idea intellectus practici, & alia speculativi in Deo, diuersitas ista non potest esse per aliquid absolutum: quia huiusmodi est vnus tantum in Deo, nec per respectum identitatis, ut cum dicimus idem eidem idem, quia talis respectus nullam pluralitatem inducit, nec per respectum diuersitatis, quia causa non plurificatur, quamuis effectus sint plures, ergo nullo modo potest distingui alia idea speculatiuæ cognitionis ab idea practice cognitionis. Sed dicendum, quod in hoc vtraque idea distinguitur, quod idea practica est principium essendi, sed speculatiua cognoscendi.

¶ 7 Sed contra, Eadem sunt principia essendi, & cognoscendi, ergo ex hoc idea speculatiua a practica non distinguitur.

¶ 8 Prat. Cognitio speculatiua nihil aliud dicitur esse in Deo quam simplex notitia: sed simplex notitia nihil aliud præter notitiã habere potest, ergo cum idea

addat respectum ad res, videtur quod non pertineat ad speculatiuam cognitionem, sed ad practicam tantum.

¶ 9 Prat. Finis practice est bonum: sed respectus ideæ non potest determinari nisi ad bonum, quia mala præter intentionem accidunt, ergo idea solum practicam intellectum respicit.

SED CONTRA, Cognitio practica non extendit se, nisi ad faciendã: sed Deus per ideas non solum scit faciendã, sed presentia & factã, ergo idea non solum se extendunt ad practicam cognitionem.

¶ 2 Prat. Deus perfectius cognoscit creaturas, quam artifex artificia: sed artifex creatus per formas quibus operatur, habet speculatiuam cognitionem de operatis, ergo multo fortius Deus.

¶ 3 Prat. Cognitio speculatiua est, quæ considerat principia, & causas rerum, & passionem eorundem: sed Deus per ideas cognoscit omnia quæ in rebus cognosci possunt, ergo ideae in Deo pertinent non solum ad practicam cognitionem, sed etiam ad speculatiuam.

RESPON. Dicendum, quod sicut dicitur in 3. de Anima, intellectus practicus differt a speculatiuo sine: finis enim speculatiui est veritas absolute, sed practici est operatio, ut dicitur in 2. Metaphysicorum, aliqua vero cognitio practica dicitur ex ordine ad opus: quod contingit dupliciter, quandoque in actu, quando scilicet ad aliquod opus actu ordinatur, sicut artifex præcepta forma proponit illã in materiã inducere, & tunc est actu practica cognitio, & cognitionis forma: quæque vero est quidem ordinabilis cognitio ad actum, non tamẽ actu ordinatur sicut cum artifex excogitat formã artificij, & scit per modum operandi, non tamẽ operari intendit, & certum est, quod est practica habitu vel virtute non actu: quãdo vero nullo modo est ad actum ordinabilis cognitio, tunc est semper speculatiua, quod etiam dupliciter contingit.

Vno modo, quoniam cognitio est de rebus illis, quæ non sunt natae produci per scientiã cognoscentis, sicut nos cognoscimus naturalia: quãdoque vero res cognita est quidem operabilis per scientiã, tamen nõ consideratur, ut est operabilis res enim per operationem in esse producit. Sunt autem quedam, quæ potest separari secundum intellectum, quæ non sunt separabilia secundum esse: quãdo autem consideratur res per intellectum operabilis distinguendo ab inuicem ea, quæ secundum esse distinguuntur non possunt, non est practica cognitio, nec actu, nec habitu, sed speculatiua tantum: sicut si artifex consideret domum inuestigãdo passionem eius, genus, & differentias, & huiusmodi, quæ secundum esse indistincte inueniuntur in re ipsa: sed tunc consideratur res, ut est operabilis, quoniam in ipsa considerantur omnia, quæ ad eius esse requiruntur simul. Et secundum hos quatuor modos, cognitio diuina se habet ad res, scientia enim eius est causatiua rerum: quãdã ergo cognoscit ordinãdo ea ad hoc, quod sunt secundum quodcumque tempus, & horum habet practicam cognitionem in actu: quãdã vero cognoscit quæ nullo tempore facere intendit, scit enim ea quæ nec fuerunt, nec sunt, nec erunt, ut in præcedenti quæstione dictum est, & de his hæret quidem scientiã in actu, non autem actu practicã: sed virtute tantum: & quia res quas facit, vel facere potest, non solum considerat, secundum quod sunt in proprio esse, sed secundum omnes intentiones, quas intellectus humanus resoluendo in eis apprehendere potest, ideo habet cognitionem de rebus operabilibus a se, et eo modo quo non sunt operabiles, & scit et quædã, quomodo sua scientia causa esse non potest, sicut mala, unde

verissime

verissime in Deo, & practicam & speculatiuam cognitionem ponimus. Nunc ergo videndum est fm que modum predictorum, idea in diuina cognitione possit poni. idea ergo, vt ait Aug. secundum proprietatem vocabuli forma dr. q. si re attendamus, idea est ro rei, vel similitudo. inuenimus autem in quibusdam formis duplicem respectu, vnum ad id, quod fm eas formatur, sicut scientia respicit sciendum: alium ad id, quod est extra, sicut scientia respicit scibile, hic tamen respectus non est oī formæ eōis, sicut primus. hoc igitur nomen forma importat solum primum respectum, & inde est q. forma semp notat habitudine causæ. est enim forma quodammodo causa eius quod secundum ipsam formatur, siue formatio fiat per modum inherentiæ, sicut in formis intrinsecis, siue p modū imitationis, vt informis exemplaribus: sed similitudo, & rō respectu et secundū habent, ex quo non cōpetit eis habitudo causæ. Si ergo loquamur de idea fm propriam nois rōnem, sic non extēdit se nisi ad illā scientiam, secundum quā aliqd formari pōt, & hæc est cognitio actū practica, vel virtute tm, quæ et quodammodo speculatiua est: sed tamen si ideā cōiter appellemus similitudinē vel rōnē, sic idea et ad speculatiuā cognitionē pure pertinere pōt, vel magis proprie dicamus, q. idea respicit cognitionē practicā actū vel virtute, similitudo autem, & ratio tam speculatiuam quā practicam.

Lib. 83. q. 9. 46. tom. 4.

In corp. art.

In solut. ad 3. art. 9. & in corp. art.

AD PRIMVM ergo dicendū, q. Aug. formationē ideæ refert non tantum ad ea quæ sunt, sed et ad ea quæ fieri possunt, de quibus si nunquam fiat est cognitio aliquo modo speculatiua, vt ex dictis patet.

AD SECVDVM dicendū, q. rō illa pcedit de cognitione illa, quæ est practica virtute non actū, quā nihil prohibet aliquo modo speculatiuam dici secundum q. recedit ab operatione secundum actū.

AD TERTIVM dicendū, q. exemplar quīs importet respectū ad id qd est extra: tm ad illud extrinsecū importat habitudinē causæ, & id pprie loquēdo ad cognitionē pnet q est practica habitu vel virtute: nō aut solū ad illā quæ est actū practica: qa aliquid pōt dici exemplar, ex hoc q. ad eius imitationē pōt aliqd fieri etiam si nunquam fiat, & similiter est de ideis.

AD QVARTVM dicendū, q. practicus intellectus est de his quorum principia sunt in nobis nō quoquo modo, sed in quantum sunt per nos operabilia. Vnde & de eis quorum causæ sunt in nobis, possumus habere speculatiuam scientiam, vt ex dictis patet.

AD QVINTVM dicendū, q. intellectus speculatiuus, & practicus nō distinguuntur p hoc qd est hēre formas a rebus aut ad res, qa et in nobis intellectus practicus quandoq. habet formas a rebus sumptas: vt cum aliquis artifex ex artificio aliquo viso concipit formam secundum quam operari intendit, vnde nō oportet etiam, vt omnes formæ quæ sunt intellectus speculatiui, sint acceptæ a rebus.

AD SEXTVM dicendū, q. idea practica & speculatiua in Deo nō distinguuntur quasi duæ ideæ, sed quia secundū rōnem intelligēdi practica addit sup speculatiuā ordinē ad actū: sicut homo addit supra animal, rationale, nec homo tamē & animal sunt duæ res.

AD SEPTIMVM dicendū, q. pro tātō dicitur eadē essēdi & cognoscēdi esse principia, qa quæcunq. sunt principia essēdi, sunt etiā principia cognoscēdi, non autē ecōuerso, cum effectus interdum sint principia cognoscēdi causas. vnde nihil phibet formas intellectus speculatiui esse tantū principia cognoscēdi, formas autē intellectus practici eē prin-

cipia essēdi, & cognoscēdi simul.

AD OCTAVM dicendū, q. simplex notitia dicitur non ad excludendum respectum scientiæ ad sciendum qui inseparabiliter omnem scientiam comitantur, sed ad excludendum admisionem eius, qd est extra genus notitiæ, sicut est existētia rerum, quæ addit sciētia visiois, vel ordo voluntatis ad res formā pducēdas, quæ addit sciētia approbationis sicut est ignis dicitur corpus simplex non ad excludendum partes essentialis eius, sed cōmitionem extrinsecam.

AD NONVM dicendum, q. verum, & bonū in inuicem coincidunt, quia & verum est, quod dicitur bonū, & bonum est quoddā verū, vnde & bonū pōt cōsiderari cognitione speculatiua, prout cōsideratur veritas eius tantū, sicut cum definimus bonū, naturā eius ostendimus: pōt etiā cōsiderari practice, si cōsideretur, vt bonū, hoc aut est, si cōsideretur in quātū est finis motus, vel operationis, & sic pōt q. nō sequit ideas, vel similitudines, vel rōnes diuini intellectus ad practicam tantum notitiā pertinet, ex hoc q. respectus terminatur ad bonum.

AD PRIMVM, Quod cōtra obijciuntur dicendū, q. apud Deum nō currunt tēpora neque decurrunt quia ipse sua aternitate, quæ est tota simul, tenet tēpus includit, & sic eodē modo cognoscit practica, prætita, & futura, hoc est quod dicitur Eccl. 3. Domino Deo nostro nota sunt omnia antequam crearentur: sic & post perfectum cognoscit eadē, sic non oportet, q. idea proprie accepta immensæ practica cognitionis excedat, ex hoc q. per tēp etiam prætita cognoscuntur.

AD SECVDVM dicendū, q. illa cognitio, quæ dicitur artifex creatus habet p formas operatiuas ad inuentionem operari nō intēdit, non est vique quæ operatiua cognitio, sed habitualiter practica: cognoscit autem artificis qua cognoscit artificiatā, nō vt in practicalia ab ipso, quæ est pure speculatiua, nō habet ideas respōdentes sibi, sed forte rōnes, vel similitudines.

AD TERTIVM dicendum, q. est commune practica, & speculatiua scientiæ, q. sit per principia causas. vnde ex hac ratione non potest probari de aliqua scientia, q. sit speculatiua, neque quæ sit practica.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum malum in Deo ideam habeat.

QVARTO queritur, vtrum malum habeat ideam in Deo. Et videtur, q. sic. Deus n. habet scientiam simplicis notitiæ de malis: sed idea a quo modo responderet scientiæ simplicis notitiæ, secundum q. large sumitur pro similitudine, vel ratione, ergo malum habet ideam in Deo.

¶ 2 Præt. Malum nihil prohibet esse in bono, non est ei oppositum: sed similitudo mali non opponitur bono, sicut nec similitudo albi non opponitur contrariis in animo non sunt contrariæ species, ergo nihil prohibet in Deo, quāuis in bono, ponere ideam, vel similitudinem mali.

¶ 3 Præt. Vbiq.que est aliqua communitas, ibi est aliqua similitudo: sed ex hoc ipso, q. aliquid est participatio entis suscipit entis prædicationē, vt dicitur 3. Metaphysicorum, q. negationes, & prædicationes dicuntur entia, ergo ex hoc ipso, q. malum est participatio boni, habet aliquam similitudinem in Deo, qui est summum bonum.

¶ 4 Præt. Omne illud, qd per se ipsum cognoscitur, habet ideā in Deo: sed salū per se ipsum cognoscitur.

scitur sicut & verū: sicut enim prima principia sunt per se nota in sua veritate, ita eorum opposita sunt per se nota in sua falsitate. ergo falsum habet ideam in Deo, falsum autem est quoddam malum, sicut & verum est intellectus bonum, ut dicitur in 6. Ethic. ergo malum habet ideam in Deo.

¶ 5 Præ. Quicquid habet naturam aliquam, habet ideam in Deo: sed vitium cum sit virtuti contrariū, ponit aliquam naturam in genere qualitatis. ergo habet ideam in Deo: sed ex hoc ipso quod vitium est, est malum. ergo malum habet ideam in Deo.

¶ 6 Præ. Si malum non habet ideam, non est hoc nisi quia malum est non ens: sed formæ cognitivæ possunt esse de non entibus: nihil enim prohibet imaginari montes aureos aut chimæram. ergo nihil etiam prohibet mali ideam esse in Deo.

¶ 7 Præ. Inter res signatas non habere signū est esse signatum, ut patet in omnibus quæ signantur: sed idea est quoddam signū ideati. ergo ex hoc ipso quod a rebus bonis habentibus ideā in Deo, quod malū non hēt, debet dici ipsum esse ideatum vel formatum.

¶ 8 Præ. Quicquid est a Deo, habet ideā in Deo: sed malum pēnā est a Deo. ergo habet ideam in ipso.

SED CONTRA. Omne ideatum habet esse terminatum per ideam: sed malum non habet esse terminatum cum non habeat esse: sed privatio sit entis. ergo malum non habet ideam in Deo.

¶ 2 Præ. Secundū Dionys. exemplar vel idea est prædeterminatio diuinæ voluntatis: sed voluntas Dei non hēt, nisi ad bona. ergo malum non habet ideam in Deo.

¶ 3 Præ. Malum est privatio modi speciei, & ordinis secundum Augustinum: sed ideas Plato species appellavit. ergo malum non potest habere ideam.

RESPON. Dicendum, quod idea secundum propriam sui rationem, ut patet ex dictis, importat formam, quæ est principium formationis alicuius rei. unde, cum nihil, quod est in Deo, possit esse mali principium, non potest malum ideam habere in Deo si proprie accipiatur idea. sed nec si accipiatur communiter pro ratione vel similitudine, quia secundum August. malum dicitur ex hoc ipso, quod non habet formam. unde cum similitudo attendatur secundum formam, aliquo modo participat, non potest malum similitudinem aliquam in Deo habere: cum aliquid dicatur malum, ex hoc ipso quod a participatione diuinitatis recedit.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod scientia simplicis notitiæ, non solum est de malis, sed etiam de quibusdam bonis, quæ nec sunt, nec erunt, nec fuerunt. & respectu horum ponitur idea in scientia simplicis notitiæ, non autem respectu malorum.

AD SECUNDVM dicendum, quod non negatur malum habere ideam in Deo ratione oppositionis tantum: sed quia non habet aliquam naturam per quam aliquo modo participet aliquid quod sit in Deo, ut sic similitudo eius accipi possit.

AD TERTIVM dicendum, quod illa cōitas qua aliquid prædicatur communiter de ente & non ente, est rationis tantum, quia negationes & privationes non sunt nisi entia rationis: talis autē communitas non sufficit ad similitudinem de qua modo loquimur.

AD QVARTVM dicendum, quod hoc principium: nullum totū est maius sua parte, esse falsum, quoddam verum est. unde cognoscere hoc esse falsum, est cognoscere quoddam verum: falsitas tamen principij non cognoscitur, nisi per privationem veritatis: sicut cæcitas per privationem visus.

AD QVINTVM dicendum, quod sicut actiones malæ quātū ad id, quæ habēt de entitate, bonæ sunt, & a Deo sunt: ita est etiā de habitibus, quæ sunt earū principia, vel effectus. vñ ex hoc, quæ sunt mala, non ponūt aliquam naturam: sed solum privationem.

AD SEXTVM dicendum, quod aliquid dicitur non ens dupliciter. Vno modo, quia non esse cadit in definitione eius, sicut cæcitas dicitur non ens, & talis non entis, non potest concipi aliqua forma, neque in intellectu, neque in imaginatione, & huius non ens est malum. Alio modo, quia non inuenitur in rerum natura, quāuis ipsa privatio entitatis non claudatur in eius definitione, & sic nihil prohibet imaginari non entia, & eorum formas concipere.

AD SEPTIMVM dicendum, quod ex hoc ipso, quod malum non habet ideam in Deo, a Deo cognoscitur per ideam boni oppositi, & per hunc modū se habet ad cognitionem: ac si haberet ideam, non autem ita, quod privatio ideæ responderet ei pro idea, quæ in Deo privatio esse non potest.

AD OCTAVVM dicendum, quod malum poene exit a Deo sub ratione ordinis iustitiæ, & sic bonū est, & ideam in Deo habet.

ARTICVLVS V.

Utrum prima materia ideam habeat in Deo.

QVINTO queritur, utrum materia prima habeat ideā in Deo. Et videtur, quod non. Idea enim sicut Augustinus forma est: sed materia nullam hēt formā. ergo nulla idea in Deo materiæ responderet.

¶ 2 Præ. Materia non est ens, nisi in potentia. si ergo idea habet ideato respondere, & habet ideam, oportet quod eius idea sit in potentia tantum: sed in Deo potentialitas non cadit. ergo materia prima non habet ideam in ipso.

¶ 3 Præ. Ideæ sunt in Deo eorū quæ sunt, vel esse possunt: sed materia prima, nec est per se separata existēs, neque esse potest. ergo non habet ideam in Deo.

¶ 4 Præ. Idea est, ut sicut eam aliquid formetur: sed materia prima nunquā potest formari, ita ut forma sit de essentia eius. ergo si haberet ideam, frustra esset idea illa in Deo, quod est absurdum.

SED CONTRA. Omne, quod procedit in esse a Deo habet ideam in ipso: materia est huiusmodi. ergo & cetera.

¶ 2 Præ. Omnis essentia derivat ab essentia diuina: ergo quicquid habet aliquā essentia, habet ideam in Deo: sed materia prima est huiusmodi. ergo & c.

RESPON. Dicendum, quod Plato, qui inuenitur primo locutus fuisse de Ideis, non posuit materiæ primæ aliquam ideam, quia ipse ponebat ideas, ut causas ideatorum: materia autem prima non erat causatum ideæ: sed erat ei causa: potuit enim duo principia ex parte materiæ, scilicet magnum, & paruum: sed vnum ex parte formæ, scilicet ideā. Nos autem ponimus materiam causatam esse a Deo. unde de necessesse est ponere, quod aliquo modo sit eius idea in Deo, cum quicquid ab ipso causatur, similitudinem ipsius utriusque retineat: sed tamen si proprie de idea loquamur, non potest poni, quod materia prima per se habeat ideam in Deo distinctā ab idea formæ, vel compositi: quia idea proprie dicta respicit rem, secundum quod est producibilis in esse: materia autem non potest exire in esse sine forma, nec econuerso. unde proprie idea non respondet materiæ tantum, nec formæ tantum: sed composito toti respondet vna idea, quæ est factiua totius, & quantum ad formā, & quantum ad materiam.

Quæst. dif. S. Tho. RR riam.

In 6. Metaph. text. 8. 103. 6. Ethic. ca. 6. 103. j.

In lib. de natura boni. c. 4. & sequentibus tom. 6. Ar. præc.

In libro de veritate religionis. c. 18. de conceptu. c. 1. & tract. 1. in locum super illud. Sicut ipse fuit. c. 1. & c. 2. tom. 1. & 2.

p. p. q. 15. a. 3. ad 1. Lib. 81. que. 4. 46. com. 4.

In dialogo de naturis. non multum remote ante medium.

riam. Si autem large accipiamus ideam pro similitudine, vel ratione, tunc illa possunt per se distincta habere ideam, quae possunt distincte considerari: quamvis separatim esse non possint. & sic nihil prohibet materia prima etiam secundum se ideam esse.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod quamvis materia prima sit informis, tamen inest ei imitatio primae formae: quantumcumque enim debile esse habeat, illud tamen est imitatio primi entis, & secundum hoc potest habere similitudinem in Deo.

AD SECUNDUM dicendum, quod ideam & ideatum non oportet esse similia secundum conformitatem naturae, sed secundum representationem tantum: unde & rerum compositarum est simplex idea, & similiter existentis in potentia est idealis similitudo etiam in actu.

AD TERTIUM dicendum, quod quamvis materia secundum se esse non possit, tamen potest secundum se considerari, & sic potest habere per se similitudinem.

AD QUARTUM dicendum, quod ratio illa procedit de idea practica actu, vel virtute, quae est rei prout est in esse producibilis, & talis idea materiae primae non convenit.

AD PRIMUM: Quod in contrarium obijcitur, dicendum, quod materia non procedit in esse a Deo, nisi in composito, & sic ei idea proprie loquendo in Deo non respondet. & similiter dicendum ad secundum, quod materia proprie loquendo non habet essentiam, sed est pars essentiae totius.

ARTICULVS VII. De idea in Deo.

1. p. q. 15. art. 2. ad 2.

Sexto quaeritur, utrum in Deo sit idea eorum, quae nec sunt, nec erunt, nec fuerunt. Et videtur quod non: quia nihil habet ideam, nisi quod habet esse determinatum, sed illud, quod nec fuit, nec est, nec erit, nullo modo habet esse determinatum, ergo nec ideam, sed dicendum, quod quamvis non habeat esse determinatum in se, habet tamen esse determinatum in Deo.

¶ 2. Sed contra, ex hoc est aliquid determinatum, quod unum ab alio distinguitur: sed omnia prout sunt in Deo, sunt unum, & ab inuicem indistincta, ergo nec etiam in Deo habet esse terminatum.

¶ 3. Praet. Dionys. dicit, quod exemplaria sunt diuina, & bonae voluntates, quae sunt praedeterminatae, & esse diuina rerum: sed illud, quod nec fuit, nec est, nec erit, numquam fuit praedeterminatum a diuina voluntate, ergo non habet ideam, vel exemplar in Deo.

¶ 4. Praet. Idea ordinatur ad rei productionem: si ergo sit idea eius, quae numquam in esse producit, videtur quod sit frustra, quod est absurdum.

SED CONTRA Deus habet cognitionem de rebus per ideas: sed ipse cognoscit ea, quae nec sunt, nec erunt, nec fuerunt, ut dictum est supra in quaestione de scientia Dei, ergo est in eo idea etiam eorum, quae nec sunt, nec fuerunt, nec erunt.

¶ 2. Praet. Causa non dependet ab effectu: sed idea est causa essendi rerum, ergo non dependet ab esse rei aliquo modo, potest igitur esse etiam de his, quae nec fuerunt, nec erunt, nec sunt.

RESPON. Dicendum, quod idea proprie dicta respicit practica cognitione non solum in actu, sed in habitu, unde, cum Deus de his, quae facere potest, quibus numquam sunt facta, nec futura, habeat cognitionem virtualiter practica, relinquatur quod idea possit esse

F eius quod nec est, nec fuit, nec erit: non tamen eo modo, sicut est eorum, quae sunt, vel erunt, vel fuerunt, quia ad ea, quae sunt, vel erunt, vel fuerunt, producenda determinatur ex proposito diuina voluntatis, non autem ad ea, quae nec sunt, nec erunt, nec fuerunt, & sic huiusmodi habent quodammodo indeterminatas ideas.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod si quod nec fuit, nec est, nec erit, non habeat esse determinatum in se, est tamen determinatum in Dei cognitione.

AD SECUNDUM dicendum, quod aliud est esse in Deo, & aliud in cognitione Dei, malum enim non est in Deo: sed est in scientia Dei. Secundum hoc etiam aliquid esse dicitur in diuina scientia, quod a Deo cognoscitur, & quia Deus cognoscit omnia distincte, ut in praecedenti quod dictum est, ideo in eius scientia res distinctae sunt, quamuis in ipso sint unum.

AD TERTIUM dicendum, quod quamuis Deus numquam voluerit producere huiusmodi res in esse, quarum ideas habet: tamen vult se posse producere, & se habere scientiam eas producendi. unde & Dionys. non dicit, quod ad rationem exemplaris exigeretur voluntas praedictiue habet scientiam, sed definitiua & effectiua.

AD QUARTUM dicendum, quod idea illa non sunt ordinata a diuina cognitione ad hoc, ut secundum eas aliquid fiat: sed ad hoc quod secundum eas aliquid fieri possit.

ARTICVLVS VIII. De accidentibus in Deo.

Secundo quaeritur, utrum accidentia habent ideam in Deo. Et videtur quod non: quia non est nisi ad cognoscendum & ad cauendum res: sed accidens cognoscitur per subiectum, & eius principis causatur, ergo non oportet quia Deo ideam habeat, sed dicebat, quod accidens cognoscitur per substantiam cognitione, quae est, non autem cognitione, quid est.

¶ 2. Sed contra, Quod quid est significatio rei & maxime ratione generis: sed in definitione accidentium ponitur substantia, ut dicitur in Metaphysica, & subiectum, ita quod subiectum ponitur generis, ut Commentator ibidem dicit, ut cum dicitur est natus curuus, ergo quantum ad cognoscendum quid est, accidens per substantiam cognoscitur.

¶ 3. Praet. Omne quod habet ideam, est participatum ipsum: sed accidentia nihil participant, cum participare sit tantum substantiarum, quae aliquo recipere possunt, ideo non habent ideam.

¶ 4. Praet. In illis quae dicuntur per prius & posterius non est accipere ideam, sicut in numeris & figuris secundum opinionem Platonis, sicut patet in Metaphysica & in Ethicis, & hoc ideo quia prima est quasi idea secundi: sed ens dicitur de substantia & accidente secundum prius & posterius, ergo accidens non habet ideam.

SED CONTRA. Omne quod est causatum a Deo habet ideam in ipso: sed Deus causa est non solum substantiarum: sed etiam accidentium, ergo accidentia habent ideam in Deo.

¶ 2. Praet. Omne quod est in aliquo genere, oportet reduci ad primum illius generis, sicut de caliditate calidus ignis, sed ideo sunt principales formae, ut dicitur in lib. 8. Quae ergo cum accidentia sunt formae quaedam, videtur quod habeant ideam in Deo.

RESPON. Dicendum, quod Plato, qui primus introduxit ideas, non posuit ideas accidentium, sed solum

Ca. 5. de di. ni. nomina medio.

Q. praeced. art. 8.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum singularium sint in Deo Ideæ.

Q TAVO quæritur, vtrum singularia habeant ideam in Deo. Et videtur quod non, quia singularia sunt infinita in potentia: sed in Deo est idea non solum eius, quod est, sed etiam eius, quod esse potest: si ergo singularium esset idea in Deo, essent ideæ infinitæ: quod videtur absurdum, cum non possint esse actu infinita.

¶ 2 Præter. Si singularia habent ideam in Deo, aut est idea eadem singularis, & speciei, aut alia, & alia: non alia, & alia, tunc enim vnus rei essent multæ ideæ in Deo, quia idea speciei est etiam idea singularis: si autem est vna, & eadem, cum in idea speciei omnia singularia, quæ sunt eiusdem speciei, conueniant, tunc omnium singularium non erit, nisi vna idea tantum, & sic singularia non habebunt ideam distinctam in Deo.

¶ 3 Præter. Multa singularium casu accidunt: sed talia non sunt prædefinita: cum ergo idea requirat prædefinitionem, vt ex dictis patet, videtur quod non omnia singularia habeant ideam in Deo.

¶ 4 Præter. Quædam singularia sunt ex duabus speciebus commissa, sicut mulus ex asino, & equo. si ergo talia habeant ideam, videtur, quod vniciuique eorum respondet duplex idea, & hoc videtur absurdum, cum inconueniens sit ponere multitudinem in causa, & vnitatem in effectu.

SED CONTRA, Ideæ sunt in Deo ad cognoscendum, & operandum: sed Deus est cognitor, & operator singularium. ergo in ipso sunt ideæ eorum.

¶ 1 Præter. Ideæ ordinantur ad esse rerum: sed singularia verius habent esse quam vniuersalia, cum vniuersalia non subsistant, nisi in singularibus, ergo singularia magis debent habere ideam, quam vniuersalia.

RESPON. Dicendum, quod Plato non posuit ideam singularium, sed specierum tantum, cuius duplex fuit ratio. Vna, quia secundum ipsum ideæ non erant factiue materia: sed formæ tantum in his inferioribus: singularitatis autem principium est materia: secundum formam vero vniuersalem singularium collocatur in specie, & ideo idea non respondet singulari, in quantum singularis est, sed ratione speciei tantum. Alia ratio esse potuit, quia idea non est, nisi eorum quæ per se sunt intenta, vt ex dictis patet. intentio autem naturæ est principaliter ad speciem conferuandam: vnde quæuis generatio terminetur ad hunc hominem, tamen intentio naturæ est, quod generet hominem. & propter hoc etiam Philosophus dicit in 18. de Animalibus, quod in accidentibus specierum sunt assignandæ causæ finales, non autem in accidentibus singularium, sed efficientes, & materiales tantum: & ideo idea non respondet singulari, sed speciei. & eadem ratione Plato non ponebat ideam generum, quia intentio naturæ non terminatur ad productionem formæ generis, sed solum formæ speciei. Nos autem ponimus Deum esse causam singularis, & quantum ad formam, & quantum ad materiam. Ponimus etiam, quod per diuinam providentiam definiantur omnia singularia, & ideo oportet nos singularium ponere ideam.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ideæ non plurificantur, nisi secundum diuersos respectus ad Quæst. dif. S. Tho. RR 2 res

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut dictum est in Deo idea est non solum primorum effectuum, sed etiam secundorum. vnde quæ accidentia habeant esse per substantiam, non excluditur quin habeant ideam.

AD SECUNDUM dicendum, quod accidens dupliciter potest accipi. Vno modo, in abstracto, & sic consideratur secundum propriam rationem, sic enim assignamus in accidentibus genus & speciem. & hoc modo subiectum non ponitur in definitione accidentium vt genus, sed vt differetia, vt cum dicitur similitas est curvitas nasi. Alio modo, possunt accipi in concreto, & sic accipiuntur, secundum quod sunt vnum per accidens cum subiecto. vnde sic non assignatur eis nec genus nec species, & ita verum est quod subiectum ponitur in definitione accidentis, vt genus.

AD TERTIUM dicendum, quod quæuis accidens non sit participans, est tamen ipsa participatio, & sic patet quod ei est respondet idea in Deo vel similitudo.

AD QUARTUM patet responsio ex dictis.

lum substantiarum, vt patet per Philo. in 1. Metaph. Cuius ratio fuit, quia Plato posuit ideam esse proximas causas rerum, vnde illud, cui inueniebatur proximam causam præter ideam, non ponebat habere ideam. & inde est, quod ponebat in his, quæ dicuntur prius & posterius, non esse eodem ideam: sed primum esse ideam secundum hanc et opinionem tangit Dionysius in 5. c. de diu. nomi. imponens eam cuidam Clemeti Philo. qui dicebat superiora in entibus esse inferiorum exemplaria, & hac ratione, cum accidens immediate a substantia causetur, accidentium ideam Plato non posuit: sed quia nos ponimus Deum immediate causam vniuersalium; rei secundum quod in omnibus causis secundis operatur, & quod omnes effectus secundum eius prædefinitionem proueniunt: ideo non solum primorum entium, sed etiam secundorum ideam ponimus, & sic substantiarum & accidentium, sed diuersorum accidentium diuersimode. Quædam enim sunt accidentia propria ex principiis subiecti causata, quæ secundum esse nunquam a suis subiectis separantur, & huiusmodi vna operatione in esse producantur cum suo subiecto: vnde cum idea, proprie loquendo, sit forma rei operabilis in quantum huiusmodi, non erit talium accidentium idea distincta, sed subiecti cum omnibus accidentibus eius erit vna idea: sicut edificatorem vnam formam habet de domo, & omnibus quæ domui accidunt in quantum huiusmodi, per quam domum cum omnibus talibus accidentibus simul in esse producit, cuius accidens est quadratura ipsius, & alia huiusmodi. Quædam vero sunt accidentia, quæ non sequitur inseparabiliter suum subiectum, nec ex eius principis dependent, & talia producantur in esse alia operatione præter operationem, qua producit subiectum: sicut non ex hoc ipso, quod homo est homo, sequitur, quod sit grammaticus: sed per aliquam aliam operationem, & talium accidentium est in Deo idea distincta ab idea subiecti, sicut etiam artifex concipit formam picture domus, præter formam domus. Si autem large accipiamus ideam pro similitudine, sic vtraque accidentia habent ideam distinctam in Deo, quia per se distincte considerari possunt. vnde & Philo. dicit in 1. Metaphysic. quod quantum ad rationem sciendi accidentia debent habere ideam, sicut & substantia: sed quantum ad alia propter quæ Plato ponebat ideam, vt scilicet essent causæ generationis & essendi, ideæ videntur esse substantiarum tantum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut dictum est in Deo idea est non solum primorum effectuum, sed etiam secundorum. vnde quæ accidentia habeant esse per substantiam, non excluditur quin habeant ideam.

AD SECUNDUM dicendum, quod accidens dupliciter potest accipi. Vno modo, in abstracto, & sic consideratur secundum propriam rationem, sic enim assignamus in accidentibus genus & speciem. & hoc modo subiectum non ponitur in definitione accidentium vt genus, sed vt differetia, vt cum dicitur similitas est curvitas nasi. Alio modo, possunt accipi in concreto, & sic accipiuntur, secundum quod sunt vnum per accidens cum subiecto. vnde sic non assignatur eis nec genus nec species, & ita verum est quod subiectum ponitur in definitione accidentis, vt genus.

AD TERTIUM dicendum, quod quæuis accidens non sit participans, est tamen ipsa participatio, & sic patet quod ei est respondet idea in Deo vel similitudo.

AD QUARTUM patet responsio ex dictis.

Ex art. 1.

Ex art. 1.

In dialogo de iusto patet quod in dialogo de natura, non remouetur ante modum.

As. præced.

res non est autem inconueniens relationes rōnis in infinitum multiplicari, vt Auic. dicit.

Lib. 3. Metaph. Param ante hunc.

AD SECUNDVM dicendū, q̄ si loquamur de idea proprie, s̄m quod est rei, eo modo, quo est in esse producibilis, sic vna idea responder singulari, speciei, & generi, indiuiduatis in ipso singulari, eo q̄ Socrates, homo & animal non distinguuntur secundum esse. Si autem accipiamus ideam cōiter pro similitudine, vel ratione, sic cum diuersa sit confideratio Socratis, vt Socrat. est, & vt homo est, & vt est animal, respondebunt ei plures ideæ, vel similitudines.

AD TERTIVM dicendū, q̄ quāuis aliquid sit a causa respectu proximi agentis: nihil tamen est a causa respectu agentis, qui omnia præcognoscit.

AD QVARTVM dicendum, q̄ mulus habet speciem mediam inter equum, & alinum: ideo non est in duabus speciebus, sed in vna tantum, quæ est effecta per commisionem seminum, in quantum virtus actiua maris non potuit perducere materiam feminae ad terminos propriae speciei perfectæ, propter materiae extraneitatem: sed producit ad aliquid propinquum suæ speciei. & ideo eadem ratione assignatur idea mulo, & asino.

QVAESTIO IIII.

De Verbo.

In octo articulos diuisa.

- ¶ Primo queritur, Vtrum in diuinis verbum proprie dicatur.
- ¶ Secundo, Vtrum in diuinis essentialiter, vel personaliter verbum dicatur.
- ¶ Tertio, Vtrum verbum Spiritus sancto cōueniat.
- ¶ Quarto, Vtrum Pater dicat creaturam.
- ¶ Quinto, Vtrum verbum respectum ad creaturam importet.
- ¶ Sexto, Vtrum verbo res verius esse habeant, quā in seipsis.
- ¶ Septimo, Vtrum eorum quæ non sunt, nec erūt, nec fuerunt, sit verbum.
- ¶ Octauo, Vtrum quod factū est sit vita in verbo.

ARTICVLVS PRIMVS.

Verum in diuinis verbum proprie dicatur.

1. p. 9. 34. 4. 2. 4.

QVAESTIO est de verbo. Et primo queritur, vtrum verbum proprie dicatur in diuinis. Et videtur q̄ non. est enim duplex verbum. scilicet interius, & exterius: exterius autem de Deo proprie dici nō potest, cum sit corporale, & transiens, similiter nec verbum interius, quod definiens Dama. 2. lib. inquit. Sermo interius dispositus est motus animæ in excogitando factus, sine aliqua enuntiatione: in Deo autem nō potest poni, nec motus, nec cogitatio, quæ discursu quodam perficitur. ergo videtur, q̄ verbum nullo modo proprie dicatur in diuinis.

Cap. 18. non procul a fine.

Lib. 15. c. 11. tom. 3.

¶ 2. Præf. Aug. in 3. de Trini. probat, quod verbum est ipsius mentis, ex eo quod etiam eius os aliquid esse dicitur, vt patet Matth. 15. Quæ procedunt de ore, hæc coinquinant hominem, quod de ore cordis intelligendum esse ostenditur, ex his, quæ sequuntur. quæ autem procedunt de ore de corde exeūt: sed os non dicitur, nisi Metaphorice in spiritualibus rebus. ergo nec verbum.

¶ 3. Præf. Verbū ostenditur esse mediū inter creaturam, & creaturas, ex hoc, qd̄ Ioan. 1. dicitur. Omnia

per seipsum facta sunt, & ex hoc ipso probat Aug. quod verbum non est creatura: ergo eadē ratione potest probari, quod verbum non est creator. ergo verbum nihil ponit quod sit in Deo.

¶ 4. Præf. Mediū equaliter distat ab extremis. si igitur verbum est mediū inter patrē dicentē & creaturam, quæ dī, oportet quod verbum per essentia distinguatur a patre, cum per essentia distinguatur a creatura: sed in diuinis non est aliquid per essentia distinctum. ergo verbum nō proprie ponitur in Deo.

¶ 5. Præf. Quicquid non conuenit filio, nisi secundum quod est incarnatus, hoc nō proprie dī in diuinis, sicut esse hominem vel ambulare vel aliquid huiusmodi: sed rō verbi non conuenit filio, nisi secundum quod est incarnatus, quia ratio verbi est ex hoc quod manifestat dicentem: filius autē non manifestat patrē nisi secundum quod est incarnatus, sicut nec verbum nostrum, nisi secundum quod est vocatum.

¶ 6. Præf. Si verbum proprie diceretur in diuinis, idem esset verbum quod fuit ab æterno apud patrem, & quod est ex tempore incarnatum: sicut dicimus quod est idem filius: sed hoc, vt videtur, dici non potest, quia verbum incarnatum comparatur verbo vocis sicut verbum apud patrem existens, verbo mentis, vt patet per Aug. in lib. de Trini. non est autē idem verbum cum voce prolatum & verbum in corde existens. ergo non videtur quod verbum quod ab æterno dicitur apud patrem fuisse, proprie ad essentiam diuinam pertineat.

¶ 7. Præf. Quanto effectus est posterior, tanto magis habet rationem signi, sicut vinum est causā finalis dolij, & ulterius circuli, qui appēditur ad dolium designandum, vnde circulus habet maxime rationem signi: sed verbum, quod est in voce, effectus postremus ab intellectu progrediēs. ergo magis conuenit ratio signi, quam conceptui mentis, & similiter etiam ratio verbi, quod a manifestatione imponitur. omne autem quod prius est in corporalibus, quam in spiritualibus, non proprie dī de Deo. ergo verbum non proprie dicitur de ipso.

¶ 8. Præf. Vnum quodq; nomē illud præcipue significata quo imponitur. sed hoc nomē verbū imponitur vel a uerberatione aeris, uel a boatu, secundum quod uerbum nihil aliud est quam uerum bonum. ergo hoc est quod præcipue significatur nomine uerbi: sed hoc nullo modo cōuenit Deo nisi metaphorice. ergo uerbum non proprie dicitur eē in diuinis.

¶ 9. Præf. Verbum alicuius dicentis uidetur esse similitudo rei dicte in dicente: sed patet intelligenti se, non intelligit se per similitudine: sed per essentia. ergo uidetur, quod ex hoc quod intuetur se non generet aliquod uerbum sui: sed nihil aliud est dicere summo spiritui, quam cogitando intueri, ut August. dicit. ergo verbum non proprie dicitur in diuinis.

¶ 10. Præf. Omne quod dī in Deo ad similitudinem creaturæ, non dī de eo proprie sed metaphorice: sed verbum in diuinis dicitur ad similitudinem uerbi quod est in nobis, ut August. dicit. ergo uidetur, quod metaphorice, & nō proprie in diuinis dicitur.

¶ 11. Præf. Bass. dicit quod Deus dī uerbum, secundum quod eo oīa proferuntur, sapientia quo oīa cognoscuntur, lux quo oīa manifestantur: sed proferre non proprie dī in Deo, quia prolatio ad uocē pertinet. ergo uerbum non proprie dī in diuinis.

¶ 12. Præf. Sicut se hēt uerbum uocis ad uerbum incarnatum: ita uerbum mētis ad uerbum æternum.